



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXXVII. Bertram von Veltheim, Archidiaconus Balsamiens, genehmigt eine
Schenkung König Siegmunds an einen Altar in der Johanniskapelle des
Schlosses Tangermünde, am 5. August 1389.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

dio sublato, dicta domus transeat ad vsus Canonicorum ex toto. Versus cimiterium edificantes procedendo versus albeam a porta cimiterii intrando in viam de cimiterio ad sinistram manum, ita tamen quod sufficiens via relinquatur versus antiquam Domum prope cloacam, in qua ex nunc quidam Canonici nostri et Capellani ecclesie resident, Et iterum a fine dictarum domorum duarum videlicet Conradi de Lare et alterius domus predictae prope muros cimiterii versus muros ciuitatis ita videlicet quod pars Domini prepositi incipiat a primo puncto Cellarii domus prepositi et finiatur prope muros Ciuitatis excepta via ibidem relinquenda, et cum hoc habeat mediam partem Ortuli versus domum antiquam prope cloacam et versus albeam Ortulum linealiter cum Canonicis diuidendum, prout iam distinctum et diuisum est et inferius continetur, et hac sola parte dotis seu aree Dominus Prepositus pro tempore existens sit contentus, nec Canonicos super alia parte dotis seu aree structe et non structe cum suis attinentiis et pertinentiis quibuscunque impediatur directe vel indirecte, publice vel occulte. Sed domum antiquam et aream prope cloacam cum parte Ortuli funicaliter et linealiter diuidendi et procedendo vsque ad domum Domini Reyneri Wulkow etiam cum loco stabuli et stabulo, si quis Canonicorum ibidem edificare voluerit, et totam partem dexteram ipsius dotis seu aree portam Cimiterii intrando, incipiendo a puncto Cellarii predicti, edificatam et non edificatam vsque ad viam ciuitatis, que vulgariter Roszvort appellatur, pro Canonicis secundum ordinationem Capituli, prout idem Dominus Imperator per dictos Dominos Johannem de Kothebutz et Jeskonem distribui et diuidi mandauit relictam ac etiam vsibus Canonicorum pro tempore existentium appropriatam et assignauimus et presentibus pro nobis et successoribus nostris assignamus perpetuis temporibus a Canonicis omnibus impedimentis cessantibus possidendam, tenendam et pacifice obtinendam. Que omnia et singula supra dicta grata atque firma tenere volumus et per successores nostros tenenda statuimus. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostri Zabelli, Prepositi in Tanghermunde predicti, vna cum sigillo Capituli nostri de nostro et omnium nostrorum pleno consensu et scientia presentibus est appensum. Datum Tanghermunde, tertio die mensis May Anno Domini MCCCCLXXX nono.

Aus Küsters Tangermünd. Denkwürdigkeiten, S. 31

XXXVII. Bertram von Veltheim, Archidiaconus Balsamiens, genehmigt eine Schenkung König Siegmunds an einen Altar in der Johanniskapelle des Schlosses Tangermünde, am 5. August 1389.

Bertramus de Veltem, dei gracia Archidiaconus Banni terre Balsamie in Ecclesia Halberstadenſi, Honorabilibus ac dilectis nobis in Cristo Canonicis et Capitulo Capelle beatorum Johannis Baptiste et Johannis Apostoli et Ewangeliste in Castro Tangermundenſi Halberstadenſis Dioceſis Salutem et ſinceram in domino caritatem. Juſtis petencium deſideriis ſubditorum quibus eorum comoditati proſpicitur et neceſſitati ſubuenitur, preſertim cum a iuris tramite non recedunt, dignum arbitramur gratioſius inclinari, ipſisque faciliorem adhiberi conſenſum. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra peticio continebat, quod cum Reverendiſſimus in Cristo pater et Dominus noſter, Dominus Abertus, Dei gracia Epiſcopus Halberſtadenſis, de pleno et

et expresse consensu pariter et assensu venerabilium virorum Dominorum nostrorum Senioris et Capituli dicte nostre ecclesie Halberstadenfis quandam donationem vobis dominis Canonicis dumtaxat per Serenissimum Principem et Dominum, dominum Sigismundum, Hungarie Regem et Marchionem Brandenburgensem pro se suisque heredibus et successoribus de et super altari Sanctorum pancratii, Ipoliti et sociorum eius ac Mauri Abbatis in dicta Capella vestra situato et constructo factam, ratificauerint, confirmauerint, annexerint, unierint et etiam incorporauerint, quantum in quolibet eorum fuerit, nobis instancius supplicastis, quatenus predictas donationem, ratificationem, confirmationem, annexionem, unionem et incorporationem tamquam Archidiaconus Banni predicti ratificare, gratificare et approbare, ac nostrum ad premissa consensum pariter et assensum dare exhibere dignaremur. Nos igitur Bertramus archidiaconus prelibatus huiusmodi petitiones vestras fore iustas et rationabiles considerantes, ipsasque duximus non immerito admittendas, sepeatas donationem, ratificationem, confirmationem, annexionem, unionem et incorporationem, quantum in nobis est, ratas et gratas habentes, ipsasque ratificamus, gratificamus et approbamus per presentes, nostrum nichilominus ad premissa plenum et expressum consensum pariter et assensum duximus adhibendum et presentibus in dei nomine omnibus premissis prout gesta sunt consentimus. In quorum omnium et singulorum fidem et evidens testimonium sigillum nostrum duximus appendendum literis presentibus, quas etiam per notarium publicum infra scriptum scribi mandavimus et publicari. Datum et actum Halberstad in Curia habitationis nostre. Anno a nativitate Dei millesimo trecentesimo octuagesimo nono, Indictione duodecima, die Jovis, quinta mensis augusti, hora quasi vesperarum, Pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Urbani divina providencia Pape sexti anno duodecimo, presentibus discretis Dominis Johanne Reppener Plebano in Münstede, Hildensem. Diocesis, et Alberto dicto Schuldenkrone Clerico et notario publ. Mindenensis diocesis, Testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis in testimonium omnium et singulorum.

Et ego Nicolaus Pulchri, Clericus Camynensis diocesis, publicus Imperiali autoritate notarius, Quia premissis omnibus et singulis dum sic ut premittitur per presatum dominum Bertramus de Velthem, Archidiaconum Banni terre balsamie et coram eo fierent et agerentur una cum prenomatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi; Ideo ad ipsius Domini Bertrami Archidiaconi presati preces et mandatum, presens instrumentum publicum per alium ydoneum, me propriis occupato negotiis, fideliter conscriptum exinde confeci etc.

Gercken's Dipl. I. 624—627.

XXXVIII. Markgraf Jostt verschreibt außs Neue den Bewohnern von Wendisch-Kalbu einen Elbwerder und die Freiheit von der Bede, am 31. October 1403.

Wir Jostt, von gotes gnaden Marggraff zu Brandenburg, des heiligen Romischen Reichs Ertz Camerer, Marggraff vnd Herre czu Merhern, Bekennen vnd tun kunt offentlichen mit disem briue allen den, die In sehen oder horen lesen, das wir vnsern Wenden, die czu Colbu vor der Stat zu Tangermunde wonen, die nu sein vnd hernach dafelbst werden, gelihen haben vnd leihen auch mit disem briue den Werder, der bey Colbw leit in der Elbe, also das sie den ha-